

www.e-rara.ch

**Cornelii Valerii Ultraiectini In universam benedicendi [sic] rationem
tabula, summam artis rhetoricae complectens**

Valerius, Cornelius

Antverpiae, 1574

Zentralbibliothek Zürich

Shelf Mark: RRM 233,2

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-35845>

De duplici statu qualitatis, absoluto, & assumptivo.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

De duplici statu qualitatis, absoluto, & assumptiuo.

DEFENSORI duplex status est. Absolutus, Absolutus status. cum simpliciter quod factum est defenditur; veluti cum id quod obiicitur, iure factum esse dicimus. & Assumptiuus, cum per se infirma est defensio, sed Assumptiuus. assumpta re extranea comprobatur, veluti cum per se probari factum nequit, sed extrinsecus accersito colore iuuatur, & extenuatur crimen.

Assumptiuui status loci sunt quatuor: Concessio, Loci status assumptiuui. Relatio seu translatio criminis, Remotio, & Comparatio criminis. Concessio dicitur, cum non defendit Concessio. factum, sed postulat vt ignoscatur sibi reus. Concessionis due sunt partes: purgatio & deprecatio. Purgatio purgatio sex excusatio. est, cum reus consulto aut dolo se fecisse negat, factumque concedens culpam remouet. Ea diuiditur in necessitudinem, fortunam & imprudentiam, quibus honesta aliqua facti excusatio continetur. Necessitudo est, Necessitudo. cui nulla vi obfisti potest, vt cum se violento impetu coactum fecisse reus fatetur, veluti tempestate, inundatione, &c. In qua considerandum est, num per culpam in eam necessitudinem ventum sit, num quo modo vis illa vitari potuerit: tum si maxime necessitas fuerit, conueniat ne satis idoneam eam causam putari. Ad necessitudinem fatum quoque, retulerunt. Fortuna Fortuna. seu casus est; cum demonstratur aliqua fortune vis voluntati obfisti esse: veluti, si quis, adiecta pœna, pecuniam certo loco soluturum se promiserit, & maturè domo profectus vsque aduersis tempestatibus vsus ad diem præstitutam non venerit: hic casum & fortunam excusabit.

Imprudencia.

casabit. Eadem hic sunt consideranda, qua de necessitudine praescripta sunt. Imprudencia est, cum scisse aliquid is qui arguitur, negatur: ut, si venatoris hasta in feram missa, in hominem inciderit. In hac quaeritur, utrum potuerit scire, an non potuerit? Deinde utrum data sit opera ut sciretur; an non? utrum casu nescierit an culpa? Nam qui amore, vino, ira vincitur: suo vitio videbitur nescisse, non imprudencia. Sic reiciuntur illa: feci iratus, ebrius, amoris impotentia, & cet. Ex coniectura ali constitutione quaeritur, utrum scierit, an ignorauerit; & satis ne imprudencia praesidij debeat esse, cum factum esse constet. Altera concessionis pars Deprecatio est, cum simpliciter misericordiam is petit, quem peccasse & consulto fecisse constat. Exemplum aliquod esse potest apud Ciceronem in oratione pro Q. Ligario. Huius rarus usus est in iudicio, nec adhiberi solet, nisi cum pro eo dicimus, cuius multa exstiterint praecleara facinora, & qui reip. causa interdum pericula subierit. Sed in concione populari, apud Imperatorem, vel Senatum frequentius usurpatur.

Deprecatio.

Ratio ignoscendi petitur ex his locis: Si plura aut maiora officia, quam maleficia constare videbuntur: si qua virtus singularis aut nobilitas in supplice erit: si qua spes eum aliquando vsui futurum ostendatur: si ille ipse supplex, mansuetus, misericors in potestatibus probetur fuisse: si non odio, neque crudelitate, sed officio, & certo studio commotus deliquerit: si tali de causa alius quoque sit ignotum: si nihil periculi eo dimisso relinqui videatur: nulla denique reprehensio vel suspicio mali.

Relatio

Relatio seu translatio criminis est, cum fecisse nos non negamus; sed coactos, aut aliorum peccatis lacestos dicimus: vt, Promisi, sed metu permotus. Orestes matrem interfecit, sed impia patris nece coactus. Maritus vxorē in adulterio deprehensam gladio transfixit, sed rei indignitate & acerbo dolore impulsus. Imperator militem occidit, quod in acie exclamauerit, vincimur. Milo Clodium insidiatorem, & qui remp. vexabat. In hac specie queritur, verēne in alium crimen transferatur: oportueritne in ea re peccare, in qua alius antē peccauit, oportueritne ante iudicium fieri, &c. Accusator dicet, non licuisse de indemnatis supplicium sumere: defensor peccati atrocitatem exaggerabit eorum, in quos crimen transferetur.

Remotio criminis est, cum à nobis non crimen, sed culpam amouemus, & peccati causam vel in rem quampiam veluti legem, vel in hominem, cuius iussu fatemur esse factum, conferimus: vt, Seruilius Hala Sp. Meliurn interfecit, sed Dictatoris iussu. Lictor infontem percussit, sed precepto consulis. Remotio criminis hoc à relatione differt, quod remotione totum peccatum crimen tollitur: relatione minuitur dumtaxat culpa rei aliorum peccatis lacesti. Comparatio est, cum dicimus necesse fuisse alterutrum facere, & quod à nobis factum est, satius fuisse fieri, velati, si Dux, qui iniquo loco deprehensus, impedimētis relictis exercitum fuga saluum educere, quam nulla spe victoria configere maluit, accusetur maiestatis. Hic querendū est, fueritne scius, honestius, vtilius: potueritne vitari, ne in eum locum veniretur: & oportueritne ipsum iniussu eorum, quorū fuit statuēdi potestas, id facere, &c.

De

Relatio criminis.

Remotis criminis.

Comparatio.

Ex lib. ij. de Inuent.